



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Vniformitas Sacrorum rituum & cæremoniarum in omnibus officijs
Ecclesiasticis adhibenda, n. 40.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

giosè in omnibus sacrosanctæ Missæ ritibus. atque cæremonijs sequendo Sanctam & Romanam Ecclesiam, cæterarum Ecclesiarum omnium matrem & magistram, indeque resumant normam sacrificandi, vnde sumpserunt exordium.

a D. Cyprianus tom. 2. c. 3. de unitate Eccles. Catholica. b Pontif. Rom. tit. de ordinat. Presb. in fin. c In Hymn. ad Matut. offic. Corporis Christi vers. fin. d Synod. Colon. habita 19. Aprilis 1627. titul. 5. pag. 14. e c. 1. c. 2. dist 12. c. nolite errare. c quis nesciat. d. 11. Statuta Henrici Archiep. Colon. c. 3. in fin. pag. 61.

Vniformitas sacrorum rituum & cæremoniarum in omnibus officijs Ecclesiasticis adhibenda.

XL. Ut hæc vniformitas sacrorum rituum & cæremoniarum vsus Romani magnopere commendans Catholicæ religionis dignitatem & vnitatem, in quibuscunque etiam reliquis officijs Ecclesiasticis, prout decet, adhibeatur, vehementer exoptamus ab omnibus & singulis

gulis, quos concernit, obseruari Cære-
 moniale Episcoporum, omnibus Eecle-
 sijs, præcipuè autem Metropolitanis,
 Cathedralibus & Collegiatis perutile
 ac necessarium; quodque magno labore
 & industriâ emendatum ac reformatum
 fel. rec. CLEMENS Octauus huiusce
 nominis Papa in vniuersali Ecclesiâ per-
 petuò seruari districtè mandauit. a
 a fel. rec. Clement Papa 8. Constit. 68. Bull.
 20m. 3.

1. Interest ad Catholica religionis digni-
 tatem & vnitatem seruandam, vni-
 formitatem caeremoniarum in Sacra-
 mentorum ministracione adhiberi.
2. Pastorale seu Rituale Romanum com-
 mendatur.

XLI. Multum etiam interest ad Ca-
 tholicæ Ecclesiæ vnitatem seruandam,
 promouendamque Christifidelium pie-
 tatem, & aduersariorum confusionem,
 caeremonias & ritus Ecclesiasticos in
 Sacramentorum ministracione eisdem
 vbiq̃ue adhiberi; ideoque Ecclesiæ Ro-
 manæ cæterarum Capiti atque Principi
 reliquas cõformari. Quare operam dare
 debent